

Bibliothèque numérique

medic@

**Mauvillain, Armand Jean de -
candidat / Morisset, Philibert -
président. - An The Chinensium Menti
confert ?**

1648.

Paris

Cote : ms 77 n°976

QVÆSTIO MEDICA

CARDINALITIIS DISPVATIONIBVS MANE DISCVTIENDA

IN SCHOLIS MEDICORVM, DIE IOVIS XII. MARTII.

M. PHILIBERTO MORISSET, Doctore Medico, Præside.

An The Chinensium Menti confert?

976

NATVRA optima rerum omnium parens, quæ *universæque rerum naturæ principia*, à simplicibus ad composita, à rudi indigestisque mole ad formam, ab organis ad corpus, à corpore ad animam progrediens, ex femine & sanguine menstruato variaz partium idæis adumbrat, ex femine quidem omnes fere partes similes diffiniliarium gratiæ multis viribus ad sus obreunda munia ob actiones motionisque multiformes præditas, unde aliz molles & humidæ vt sanguis, rarij aliz sicæ & solidæ, vt os, nervus, vena, membrana, quas tamen infinitis penè numeris diffiniliariis ex ossibus, nervis, carne cæterisque constare longè sperant; ex sanguine verò crasso lecur ei nuper affuso & concreto simile, rubicundius & mollius Corde, *et quædam huiusmodi, quædamque spiritibus, facultatis naturalis sedes*. Lesbium omnium partium normam & tanquam Polycteti regulam; ex tenui & fervido Cor *in mellea præparata* & *subtili*, calidissimum omnium viscus, vitæ principium, caloris & vivifici secretis hntem, arteriarum scaruigiem, quo vigente vigent omnia, languente languescunt, intereunte intereunt. Tertium verò principium ex quo nervi omnes oriuntur ex solo femine, tria hæc principia vix initio ob exaltatam conspecta, imporis tracta suis sedibus secreta in univærsum corpus *diffundunt*, dosi quidem medullam Cerebrum tanquam truncum producens: Cor verò maximam Arteriam, & Hepar Venam Cavam.

CEREBRVM *passivum et digne et ratione*, non modò sensuum sedes, & motuum *organum* artific, sed & Palladis Mnemosynæ delubrum, intelligentiæ internuntius, sapientiæ, iudicii & cogitationum quibus homines ad Deum Opt. Max. propèss accedunt, domicilium; vndique officio integumento circumseptum, substantiâ molli, albâ, medulloâ, nec facillè liquabili, reliquorum officum medulla dissimili, in orbes quasi circumvoluta, duplici membrana, gyris in ambitu velutque masandris, multiplici sinuum & ventriculorum anfractu exornatum, venas utrinque suscipit à ramis internis irregularibus & sinibus duræ meningis, arterias à carotidibus, atque ipsæ per vertebrias affarunt tunica duplici venarum amulâ, nervum in propria substantia nullum pèssider, figurâ sphericâ, homini multum & copiosum coactum est, ad actionem *organum* varietatem: Cerebellum altera Cerebri pars, eiusdem cum cerebro substantiæ, compèssit rotunditatis, lineis ac fuscis tenui meningi interceptis exaratum, reconditur intra ossis Occipitis amplos foveas, Memoriæ dicatum non secus ac Sinciput Imaginationi: quid memorem *hæc omnia corpora, plexum testiformem, choanam, cotationem, pyelam corpus, quædamque, epiphysim vermiciformem, ventriculorum numerorum testarum, conformationis* varietatem in spinalem medullam, processus nervorum, apophyses, non in sensuum modò organa, sed etiam in fauces, laryngem, stomachum, ventriculum, viscera, intestina, in omnes denique faciei partes?

IN hæc sacra Palladis arce, mentis regia, hominis speculâ, quoque sensus externi salutis ac tutelæ gratiæ exculbris apert, visus quidem qui non fit in infans, cæteris præstantior, quo homines capti, admiratione ceperunt philosophari causisque rerum intelligere, siquidem decessit Philosophia è cælo in animos nostros, sed oculis sequutis dedecit est in hospitium: qui primi conspexerunt vias quæ à cælo ad nos tendent regias: & quod mens in animo est, id oculus in corpore, quæ acutè incipit cernere, cùm primùm corporis oculis defecit: ex multis humoribus, aqoro, vitro, crystallino, primario visus organo, tunicis, musculis, nervis, aliisque ad stuporem elaboratis, suo colore, fanatis & morbi, corporis & animi affectus tanquam speculum repræsentans, *audiam legem, legem legem meum*, auditus visus inferior, ad disciplinarum & sapientiæ cultum idoneus, in quo tunacula, *visus duntaxat*, membrana, officula tria, incus, stapes, malleus, musculus, os *audiam* cum labyrinthicis anfractibus, aer congenitus qui ab externo motus sonum excipit, nervus auditorius, affabri elegantis & artificis Naturæ efformata conspiciuntur quid moror reliquos? nec modò satellitum funguntur munere, verumetiam rerum externarum formas vèssore spiritu animali per nervorum ductus sensui interno in quo sita est primaria sentiendi anima, exhibent: proque veras aut falsas ab obiectis hausas species, proque organorum puritate aut dispositione multiplice rectè aut malè percipit; quas demum aliquandiu retinet Phantasia, per quas res obiectas etiam absentes dignoscit, sensusque species ab interno sensu, componit ac dividit, quas tandem Memoria in Cerebro configat circa materiæ veligium.

ANIMA sive mens, corporis rectrix, formarum præstantissima, substantia incorporea & spiritalis, *disponit, legem, legem, aliam*, hominis corpori conjuncta, omnium actionum in corpore animato fons, non *audiam*, non harmonia, non numerus scipsum movens, sed viæ, motus, sensus, intellectusque principium, quodammodo omnia entia, & velati manus, instrumentum instrumentorum, & intellectus, est species specierum, ac sensus sensibilium, corporis vitæ organum ad obeunda sua munia, cùm sit animi cognoscere, sentire, opinari, consultare, intelligere, & cum temperamentois partium operari, quæ non modò omnes actiones variaz, verumetiam ipsum à corpore se tangere possunt, proque varia conformatione, humorum spirituumque copiâ & qualitate, sapere, desipere, vel ratione & intelligentiâ valere, unde variaz oriuntur species ridiculè lætantium, vt Democriti, furentium vt Herculis & A Jacis, ab hominum conspectu locustæque abhorrentium vt Bellerophonis, quæ sæpe mixta varietate miscentur, hinc *audiam*, *legem, legem, legem*, à pituita segnitie, torporis, fanatis, *legem, legem, legem*, lethargus: ab humorum contemperatione, necnon proba organi dispositione intelligentiâ, scientiâ, prudentiâ & reliqua animi bona, quæ non vt corporis & fortune, fluxa ac aliena, sed solida verèque nostra sunt ac immortalia. Hæc sola animi decora non largitur Natura favor nec indulgentia fortuna, sed sudore studioque redimi, vera quæ cum naufragio enantet viatica ipsa ratio voluit, quæque avelli nequeat *audiam*.

THE Chinensium, herbulæ exlicentis facultatis, ex qua potus conficiunt, consolidæ minoris folijs apprimè similis, exguis in ambitu incisis, quæ siccat in ferventem ollam enociant, levisque coctione facti, liquorem hunc sapore subamarum, nec ingratum, calidum sorbent, eoque convivas hospites excipiunt, *hinc et mellea* apud nos: nunc verò apud nostros Principes & Magnates in deliciis haberi velutque *audiam* plectroque morbos abigere nemo nescit: an quia plantæ exotica? an quia nova? etiam acriter fit cupiditas ignota cognoscendi quæ nova rependi, omneque ad nova concurreant, ad nova conveniant: an à calore & siccitate, an à partium trasitate sapientior animus? an quia multiplici experimento variis morbis epulatur, & peculiaritè Crustro, mentis domicilio dicarū operam? siquidem sopitos & languentes spiritus recreat, de fraxiores reddit, *audiam* æreæ, melancholiam emendat, crassum & viscidum pituitam subigit, *audiam*, quam hyofcyanum, folium, ciuta invehunt, lethargum, apoplexiam, comâ, & id genus affectus propulsat, caput infarctum expedit, Mercurij virgæ instat, soporem discutit, anhelosâ, stomachi imbecillitatē, nephritidique ebullientis confert. Non moror alias penè innumeras illius dotes, quibus omnibus cæteris partibus fert superpetas. Apagæ Homerici Moly, Turcarum Caucas, Moscovitarum Medonem, Drauidarum Viscum quetnum, æropizim radicem, Vinum etiam ipsum, quorum omnium vires longè superat Chinensium illud pectus, quod superflam partium humiditatem exaurit, corpori *audiam*, cerebro robar, animoque *audiam* conciliat.

Ergo The Chinensium Menti confert.

Proponebat Lutetiæ ARMANDVS-IOANNES DE MAVVILLAIN, Parisinus, A. R. S. H. M. DC. XLVIII.